



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Uir sanus tenetur mulieri leprose p[ro]uidere de necessarijs

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Folio lxxxj

Propter illam causam matrimonium potest dissolui et separari, et post separationem et dissolutionem vir non debet sumere aliam uxorem nisi ipsa sit mortua. et si ipsa est indigens et egena tunc vir tenetur ei procurare et dare nutrimentum corporis. Tunc ibi (Si potes abstinere) vult tantum si masculus potest tunc debet continenter vivere. vel si utriusque velit coire tunc noscat uxorem leprosam siue infectam ne aliunde adulterium committat. Tunc ibi (si vir castus) magister ponit documentum aliud siue alius casum dicens. si vir putaretur membris sexualibus siue genitalibus quocumque modo hoc fieret. tunc ipsa mulier non debet eum propter hoc deserere. et econverso si mulier occuparet apostematibus vel alijs infirmitatibus per tres vel per sex annos vel plures. tunc propterea vir non deberet mulierem derelinquere.

Circa istam nota. Ex quo vir et uxor sunt una caro et cum hoc animo debent inuicem commorari. Et si vir tunc non potest habere abstinentiam carnis. unde tunc debet postulare debitum carnis ex quo ipsa esset infecta cum aliquo veneno vel cum aliqua infirmitate ut ista dicitur. et sic erit dubium an ipse debet postulare iuxta conjugalia ab ipsa uxore infecta an ab aliena. non primum. quia separatio est facta etiam non secundum. quia si alius faceret fieret adulter. Ibi videtur finis textum. quia mulier leprosa siue veneno infecta debet ei persolvere debitum thori ne fiat adulter. Et hoc est verum si ipse vir nullatenus potest coitu carere.

Secundo est notandum. magister in ista ponit duos casus. primum de lepra secundum de castratione siue de inhabilitate. et ambo debent intelligi dummodo accederet post copulam carnalem. quia ante copulam carnalem tam lepra quam castratio impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum.

Item notandum finis sancti Thome. cum infecta lepra post copulam carnalem licet tenetur viro reddere iura conjugalia. non autem tenetur viro cohabitare. quia non tam cito inficitur quis ex coitu sicut ex frequenti cohabitatione. Si autem alter conjugum posset abstinere melius esset quia ut sic possent generari pueri leprosi vel ipse vir etiam quicquid posset infici ab ipsa muliere. ut dicitur ista. et si potes abstinere. Item filius debet manere cum sano ne inficiatur. Et dicitur littera (Ducere non debes aliam) et ibi innuit tantum quia lepra non est impedimentum impediens matrimonium contractum.

Tercio est notandum. quia sponsalia lepra si pueniente licite possunt dissolvi et solui. et sanus ad copulam maritalem consumendam compelli non debet. ut patet de conjugio leproso. capitulo ultimo.

Quarto notandum. quia vir sanus mulieri leprose de necessarijs puidetur reddere. ut est de victu et vestitu. et licet isti sunt separati ab inuicem propter hoc ne alter ab altero inficiatur. tamen quo ad eorum bona que possident separari non possunt.

Quinto nota. Et ista habet quia ipse vir post copulam carnalem si fiat impotens qui prius fuit potens tunc mulier non debet eum relinquere propter hoc. et consimiliter econverso. Si ipsa mulier postquam est cognita a viro fiat impotens et ei inepta tunc ipse vir propter hoc non debet eam dimittere. Ratio illius est talis quia matrimonium est vinculum indissolubile quod stabit per totam vitam conjugatorum. non interueniente adulterio.

Ultimo est notandum. quia consilium est ut iste qui est magis aptus ad coitum continenter vivat ne fiat adulter. Omnis enim ille adulter est qui cognoscit aliam mulierem a sua legitima uxore.